Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tinere cogebant. Fetor quoque in-
comparabilis ex ore ipso exibat et
planctus multitudinis de ventre
eius per idem os audiebatur. Intus
erant multa milia virorum ac mu-
lierum dira tormenta luencium. An-
terius os etiam ministrorum spiritum mul-
titudo animas intrare cogencium
stabat eas antequam intrarent multis
plagis et verberibus affligentes.
Cumque anima tundali diu aspexisset
tam horribile monstrum nimis exterrita
dixit ad angelum: Domine quare illuc
appropinquas? Ad quam angelus:
Iter nostrum aliter compleri non possumus.
Hoc tormentum non potest intrare nisi electi.
Hec bestia vocatur acheron et
devorat omnes avaros. De hac scriptum
est: absorbebit fluvium et non mi-
rabitur et tamen habet fiduciam quod in-
fluat iordanis in os eius. Hii vero
qui in ore eius et inter dentes
apparent compositi gygantes sunt et
suis temporibus in secta sua nulli
fideles fuerunt. Et cum hec dixisset
angelus accedens propius antecede-
bat animam et stetit ante bestiam.
Anima vero licet nolens sequebatur.
Et cum simul starent ante bestiam angelus
disparuit et anima misera sola rema-
sit. Demones autem circumdederunt eam
ut canes rabidi et flagellatam
traxerunt in ventrem bestie. Quan-
ta vero ibi passa sit nullus eius
et morem considerato pena indicatur.
Passa est ibi morsus et laceraturas
canum, ursorum, leonum, serpentium,

et aliorum aliorum innumerabilium incogni-
torum et monstruosorum ferocitate
demonum ictus, ardore ignis, aspe-
ritate frigoris, fetore sulphuris,
caligine oculorum, fletum lacrimarum
ardencium, stridorem dencium, copia
tribulacionum. Ibi se misera anima
de preteritis accusabat et pre nimia
tristitia et desperacione genas pro-
prias lacerabat. Et cum se putaret
ibi eternaliter esse dampnatam
nescio quo ordine extra bestiam
se esse sensit. Et cum longius a
bestia iaceret debilis aperiens
oculos vidit prope illum qui ante-
cedebat angelum lucis. Tunc illa gau-
dens licet afflicta multum laudat
dominum de sua misericordia. Angelus autem
tetigit illam et confortavit eam.

De stagno tempestuoso et ponte periculoso

Euntes inde
longius viderunt stagnum
amplum valde et tempes-
tuosum, cuius fluctus elati non per-
mittebant cernere celum. Ibi erat
multitudo bestiarum terribilium mugi-
encium ut animas devorarent. Per latum
stagni pons multum angustus erat
unius palmi angustus erat et
longus usque ad duo miliaria.
Latitudo eius erat unius palmi.
Longior erat et angustior quam
pons superior. Erat quoque tabula illa
plena clavis ferreis acutissimis
infixis qui omnium transeuntium pe-
des perforabat. Omnes quoque bestie ad
illum pontem conveniebant ut cibum